

IOANNES GOCHIVS PRESBYTER MECHLINIENSIS.



Ioannes ille presbyter Mechliniæ cōstitutus ob
eruditionem raram & uitæ innocentiam in ma-
gna authoritate fuit, anno 1480. Is cum de articulo
iustificationis multò aliter q̄ uulgs monachorū
& sophistarum sentiret, afferuit eorum scripta, ex
turbidis philosophorum fontibus fluentia, magis
ueritatem obscurare quam illustrare, & Pelagianā
hæresim sapere. Mendicantium uero scripta dixit
carere solido fundamento, & magis uanitati quam
ueritati inseruire. Hinc uoluit solam scripturā se-
quendam, aliosq; omnes ad eam examinādos, e-
tiam pontificum conciliorumq; decreta ei subiisci
enda. Vota cum libertate Christiana pugnantia,

placitistactoria opera reiecit, & per solam fidem nos iustificari dixit. Itaq;
Ioannes huiusmodi suis monitis multis alijs occasionem dedit, de hisce
acuratius & diligentius considerandi, id quod post eventus
declarauit. Illyr, in cat. test, uerit.